





1. Bauer f: Sir: frid: pdiff: e gratiosa Spiritus.  
 S. disciplina, exilio contemna Wittenb. 1742.  
 2. Baumgartens: Sigism: Jac: f diff: de ultima  
 coena Christi Paschali: Halle 1743.  
 3. — diff: de conversione non instantanea,  
 4. Bebelij f: Balth: f diff: de primogenitura  
 ex mortuis redibiri domini Iesu Christi  
 5. Benner f: Joh: Horn: f Lindendorff: f pr: Catechis:  
 mur: 2. Th: Gippe 1744.  
 6. Boerner f: Mr: Fred: f diff: de Andronice  
 et junca in Epist: ad Rom: 204.  
 vi. 7. Lijfue 1742.  
 7. Clauswitz f: Bened: Gottl: f diff: nova  
 de fide in Iesum Christum  
 Halle 1743.

ANDRONICVM. ET. IVNIAM  
IN. EPIST. AD. ROMANOS. CAP. XVI. COMM. 7  
COMMEMORATOS

AD  
VIRVM. PLVRIMVM. REVERENDVM. CLARISSIMVM  
ATQVE. AMPLISSIMVM

D O M I N V M  
**SAMVELEM. GOTTLIEB  
NIEDNERVM,**

A. M. ET. PASTOREM. IN. CALLENBERG. MERITISSIMVM  
DOMVM. DVCENTEM

PRID. NON. SEPT. CICCI XXXXII.

VIRGINEM. LECTISSIMAM  
**CHRISTIANAM. AVGVSTAM**

FILIAM. NATV. MAIOREM  
**B.M. IO. CASPARIS. FEISTII**

INSPECTORIS. PASTORIS. ET. CONCIONATORIS  
AVLICI. LICHTENSTEINENSIS

I N. AMICITIAE. TESSERAM.  
GRATVLABVnda. TRANSMITTIT

QVAE. SVB. PRAESIDIO  
VIRL. MAGNIFICI. SVMME. VENERABILIS. ATQVE  
EXCELLENTISSIMI

D O M I N I  
**CHRISTIANI. FRIDERICI. BOERNERI**  
S. S. THEOL. D. ET. EIVSD. PROF. PVBL. PRIM. REL  
LIPSIAE. FLORET

**SOCIETAS. PHILOBIBLICA**

INTERPRETE

M. CHRISTIANO. VILELMO. BOSIO.

---

LIPSIAE  
EX. OFFICINA. LANGENHEMIANA.



D O M I N A  
SYNAELEM - GOTTFIEB

NIEFNERAHL

CHRISTIANI - VACZEM

BURG SAC



uo arctiore olim uinculo societati noſtrae  
iunctus fuisti, VIR PLVRIMVM  
REVERENDE, CLARISSIME  
ATQVE AMPLISSIME, FAV-  
TOR ET AMICE AESTVMA-

TISSIME, eo maiori perfusi sumus gaudio, dum TIBI  
fauente Numinis gratia optima quaeuis et ex uoto cuncta  
obtingere per literas TVAS nobis longe iucundissimas  
facti fumus certiores. Quem ad modum igitur, dum  
apud nos commoratus es, amor TVVS integerrimus et  
amicitia spectata nos mirifice non delectauit solum, sed  
et excitauit, ut pari TE animo complecteremur, ita et  
in praesenti tempore amorem hunc et amicitiam non  
tam in memoriam reuocamus, quippe quae nunquam  
penes nos intermoritura erit, et cuius nunquam facta est  
oblivio, quam publicum uoluntatis noſtrae testimonium  
exhibemus, quod aequi bonique uelis consulere, est quod  
enixe rogamus.

Tantum abeft, ut eos operam et oleum perdere cen-  
seamus, qui momenta, quae uidentur minima, in episto-  
lis Paullinis, nomina in primis α), paullo attentius conſiderarunt, ut porius egregie fecisse mihi uideantur, qui  
eorum nomina et res ad illos pertinentes literis manda-  
runt, quos Spiritus ipſe Sanctus dignos iudicauit, ut me-  
moria eorum ab interitu uindicaretur. In salutando-  
rum numero, qui in epiftola ad Romanos Cap. XVI le-  
guntur comm. 7. appetat Andronicus et Iunia, de quibus  
nunc dispicere paullulum fusius in animum induximus β).  
Salutationem ita expressit Paullus: Ἀποστόλῳ Ἀνδρονίκῳ

A 2

121

α) Conf. G. G. ZELTNERVS in diff. de Priscilla Aquilas uxore,  
Altorf. 1702. et IO. DAV. STROHBACH in diff. de Epaphra  
Colossensi, Lips. 1710.

β) Paucis hos attigimus in diff. quae inscribitur Paulus in terraneum  
coelum raptus. Lips. 1740. §. VIII. p. 33.

καὶ Ιενίαν τὰς συγγενεῖς με, καὶ συναρχητάτες με, οὐρ-  
νές εἰσιν ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀπεσόλοις, οἱ καὶ πέδ οὐρά γεγό-  
νειν ἐν Χριστῷ. Quum facile praeuideamus, fore ut  
cuncta frustra disputatur simus, quae de his duobus in  
medium afferentur, nisi ueram horum nominum lectio-  
nem prolatam esse ostenderimus, paucis id peragendum  
esse arbitramur. Nomen *Andronici* semper ita lectum est,  
sed de nomine *Iuniae* non omni tempore eadem fuit opini-  
o, quum alii *Iuliae* nomen substituerint γ), alii *Iuniae*  
nomen plane omiserint δ). Quod ad prius attinet, non  
uidetur esse *Iuliae* nomen hic genuinum, patres enim, et  
uersiones, quorum fide nititur haec lectio, non totum im-  
mo plane non negotium conficiunt. Possimus enim et nos  
et patres et uersiones opponere, qui legerunt *Iuniam*, si  
in eo cardo rei ueraretur ε). Sed meliores codices hic  
in subsidium uocando esse quilibet uidet, qui ita, uti nos  
legimus, legerunt ζ). Nollem cum ESTIO ET ERASMO η)  
ad sequentia prouocare, ubi commate 15. *Iuliae* nomen  
occurrit. Quid enim obstat, quo minus, alia uel aliis  
*Iuliae* nomine insigniti innui possent? Vehementer mi-  
rati sumus, quum WOLFIUS θ) a nobis euolueretur,  
ubi haec eius coniectura de nomine *Iuniae* occurrit: No-  
men *Ievias* contradicunt uidetur ex pleniore *Iunilius*, quod  
quidam Africae Episcopus Saeculo VI. gesit, sicut *Caias* ex  
*Caleavos*. Concedimus quidem posteriorem contractio-  
nem,

γ) Studiosus certe et nimius saepe obseruator uariarum lectionum  
MILLIUS in *Novo Testamento*, Amstel. 1710. cura KVSTERI  
edito, citat huius lectionis patronos *Vetusianas lectiones*, uer. Copt.  
Orig. in *Comment. Ambrosium*, et DRVSIVS ad h. l. in *Criticis*  
Anglic. Tom. III. latina exemplaria.

θ) Citante MILLIO *Cron. Alex.*

η) Ita CHYSOSTOMVS, ita THEOPHYLACTVS locis allegan-  
dis et Syrus.

ζ) ERASMVS in *Crit. Angl.* prouocat ad codicem uetusissimum, e  
Constantia praebitum, DRVSIVS autem ad biblia regia et  
unum MSS.

η) In *Crit. Angl.* ad h. l.

θ) In *Curis philog.*

\* \* \*

nem, cum DANNHAVERO <sup>1)</sup>, et plerisque nostratium, Silae et Siluani nomen pro eodem uenditantes. Socius enim Paulli atque Timothei, et Silas audit, et Siluanus <sup>2)</sup>, adeo, ut Paullus Siluani ministerii mentionem iniiciens, de Sila absolute intelligi debeat. Nil eiusmodi hoc loco occurrit, nec ullibi Iunili nomen leges. Nec, ut contradictionem cogites, ulla causâ uidetur adesse, uti in *Claes* ex *Claesavis*. Si liceret ita uersari, et nos facile de nomine *Andronici* cogitaremus contracto, ex nomine Androniciani, quod nomen gesit Philosophus Saeculi VI. <sup>λ)</sup>, quo tempore Iunilius floruit Africanus <sup>μ)</sup>. Sed de semel recepta lectione, et codicum fide stabilita, non est, cur discedamus. Parum, aut nihil, uti puto, nostra referet, quid haec nomina significant *Andronici* et *Iuniae*, aut unde deriuuentur. *Andronicus*, uir uictoriosus dicitur ZEGERO <sup>ν)</sup> *Iunia* autem uir dominatrix, ut unum plane et idem sit nomen. Illud nomen Graecum uidetur GRO-TIO <sup>ξ)</sup> expressum de Iudaico, quod putat fuisse נָעָם, *Masnissa* Poenis, hoc a lunone deducit dictus ZEGERVS. Quinam uero fuerint *Andronicus* noster et *Iunia*, non est una eademque interpretum sententia, ad genus quidem quod attinet. Communi interim ore fere profitentur, fuisse duum viros inter Iudeos celeberrimos <sup>ο)</sup>, et uix unum et item alterum reperies, qui aliter sentiat. Urgent hi sequentia, et in primis ista uerba ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀπόστολοις, quod ita accipiunt, quasi dicatur, eos fuisse apostolos.

## A 3

<sup>1)</sup> In *Chrysost. de p. 131.*

<sup>2)</sup> Actor XV. seq. coll. II Cor. I. et II Thess. I.

<sup>λ)</sup> Vide G. C A V E in *Script. Eccl. hist litter. p. 541.* edit. Basili. 1741. Saec. VI, contra quem disputat FABRICIUS in *Bibl. Graec.* Vol. VIII. 387.

<sup>μ)</sup> Vide de hoc *Centur. Magdeb. cent. V. p. 1144.* sqq., ubi uitam, scripta, dogmata, et naevos enarrant. Adi etiam SPANHEM. in *Hist. Eccl. Tom. I. opp. p. 1140.* CAVE p. 526.

<sup>ν)</sup> ξ) In *Crit. Engl.*

<sup>ο)</sup> Ita sentiunt WOLFIUS in *Curis ad h. l. CHEMNITIVS in Commiss. p. 207.* BALDVINVS p. 260. HVNNIVS in *Thesaurus Apostolico p. 129.* Nat. ALEXANDER in *Comment. litterali & morali*

stolos. Quem sensum posse admitti minime dubitamus, licet non necessariam hanc esse expositionem paullo post simus uisuri. Non defuerunt tamen et olim et nostra aetate uiri, qui, uti par erat, minime religioni sibi duxerunt, dissentire ab hisce, et quibus uerisimilitudo sententiae plororumque non est tanta uisa, quanta uidebatur **ESTIO.** Putarunt igitur, quoniam *Iuniae* nomen femininum est, quod ex terminatione colligi potest, quae est communis femininis, feminam quandam extitisse huius nominis *π.* Alii eo usque progrediuntur, ut hos duos coniuges fuisse sibi persuadeant *ε,* quae posterior sententia simili, qua prior, nititur coniectura. Certissimum enim est, nihil fere solidi certique de his posse afferri, quum destinuam monumentis, et pleraque etiam in medio esse relinquenda. Nemo porro rite probare poterit, fuisse eos ex LXX. discipulis *σ* illis, qui in Pentecoste Apostolis adfuerunt, aut ex primis per Petrum conuersis *τ.* Interim nollemus cum **ESTIO** ex hac ratione hoc assertum de *Andronico* et *Iunia* discipulis e LXX. negare, quoniam apostolus Paulus alias forte aliquid honorabilius dixisset, uti in *Epiſt. ad Philippenſes IIII, 3.* memoratis quibusdam fidelibus

*moralis in omnes S. Pauli epistolas*, p. 130. edit. Rothom. **ESTIVS** in *Comment.* Tom. I. p. 227. **HILDEBRAND** de *Hierarchia Veteris Ecclesiae* §. 27. p. 20. Helmst. 1737. 4. **PAREVS** *Opp. Theol.* Tom. I. p. 293. edit. Ven,

**CHYSOSTOMVS** Tom. III. Opp. edit. Parif. Hom. XXXI. in *Epiſt. ad Rom.* et *THEOPHYLACTVS*, perpetuo uestigia eius premens, in b. l. p. 155. edit. Londin. addit. etiam ex *MENAEIS* Graecis locum not. *ω.* adducendum.

**DRVISVS** et **GROTIUS** in *Crit. Angl.* qui uidetur, inquit, fuisse *Iunia* uxor *Andronici*, cui nomen *Ιωνης.*

**Disputatum** fuit de horum numero et nominibus, quam item leges in *CONR. SCHVRZLEISCHII Hist. Eccl. Sacr.* I. 3 GOTTER. *WAGNERO* edita, p. 57. Nos cum *EVSEBIO* in *Hist. Eccl.* Tom. I. *script. eccl.* ex edit. *VALESII Lib. I. Cap. 12.* p. 23. nil determinamus.

**GROTIUS**, *MARLORATVS* in *Expos. Nou. Teſt. Catol.* p. 666. *SALMERON* Tom. XIII. Opp. p. 716. edit. Colan. **NATALIS** I. c. *ERASMVUS* in *Paraph.* p. 69. *Bafil.* edit.



Iibus addit, ἦν τὰ ὀνόματα εἰς Βιβλων γράφησ, quod beneficium promiserit Christus LXX discipulis *Luc. X, 20.* Non est, cur hoc cogites. Non est spernenda interim meditatio, quae magis pie quam solide profertur. In arbitrio enim erat apostoli positum, uel hoc uel aliud iungere quidem elogium, et satis honorabilia sunt, liceat mihi uocabulo EST II uti, quae addit his nominibus Paullus. Pari incertitudine laborant ii, qui viros apostolicos *Andronicum* et *Iuniam* putarunt, apostolorum nomine eos insignientes, uocabulo apostoli paulo latius sumto v), uel legatos in occidente apostolorum appellantes q). Horum aduentus Romam ante Paulli aduentum poni solet, statim post effusionem Spiritus S. Hierosolymis in apostolos factam, quam una cum aliis oculis suis usurparint x). Docuerunt ibidem primum ex nonnullorum opinione, et doctrinam de Iesu Christo annuntiarunt, uel certe propagationem Euangeliū adiuuarunt ψ, unde etiam dona linguarum et miracula tribuuntur iisdem ω). De *Iunia* nemo scit, quorundam abiuerit.

v) *Vid. Cent. Magd. Cent. I. Lib. II. p. 507.* Ostendit etiam hoc disserimen praeter alios NIC. SERRANVS de *Rebus Moguntinis notat* LIII. §. 2. 3. p. 571, qui legitur in G. C. IOANNIS Script. rerum Mogunt. Tom. I. *Fif. ad Moenium 1722.* SVICER. *Thef. Eccl. I. p. 475.* Ita occurrit II Cor VIII, 23. Phil. II, 23. II Cor. III, 9.

q) RAREVS I. c. DANNHAVER in *Christeide* f. Dramate sacro, in quo ecclesiae militia a Iesu Christo ad thronum coelestem exaltato ad nosissimum usque et praesens sacramentum deducitur aenigmatice pri-

mum post aperto commentator p. 93.

ω) DANNHAVERVS p. 138. et *Cent. p. 22.*  
ψ) DANNH. ibid. MARLOR. I.c. LVTHERV<sup>s</sup> *Lift* Tom. XXI. p. 501. *Alt.* Tom. VIII. p. 451. a. *Ien.* 1580. Tom. VIII p. 237. b. VITTEB. Tom. VIII. p. 603. b. GVNTHER in *Erklärung der Epistel an die Römer*, II. Theil p. 1362. Nollem tamen cum hinc duumviris Petrum primum Romanorum Episcopum, ex hoc fundamento negare, et nil certe contra aduersarios efficieremus, ni alia suppterent argumenta.

ε) *Cent. p. 518.* MENAE A ad diem Mai. XVII. haec habent: Ἀνδρίουν δὲ τὰ κυρίες ἀπόστολος πάσαν τὴν εἰκενίην ὡς ὑπόπτερος διαδημών πάσαν πάσιν ἵβαδεν αἰτοπατεῖ, τὸν Χριστὸν κηρυτταν, συνεπούντιον ἔχον τὰς ἀπεργάμασσας Ἰνέλαι τῷ κόσμῳ πόλην εκρεθόντα, οὐδὲ Χριστῶν πόλην ζήσαν, ὅτει πολλὰς περιτυγινωσας ἐκκύκλιτες εἰδολικές μηδὲν κατίστει φοι,

## VIII



uerit. De *Andronico* autem uolunt, episcopatum Pannionensem ad eum esse delatum, quod CALOVIVS ex DOROTHEO tradit  $\alpha$ ). In more erat positum ueteri ecclesiae Graecae singulis fere diebus memoriam alicuius uiri sanctissimi recolere, eundem quoque singulis et propriis sancti officiis solemni celebrare modo, laudes eorum recitando, et Diuos istos inuocando. Memoria *Andronici* et *Iuniae* in diem XVII. Maii incidit, circa quorum cultum pari modo uersati sunt  $\beta$ ). Vocabur *Andronicus* in *Meneais* τῷ παραδίξει θάυματος σύφοις caet. Laudatur porro: λόγῳ τὴν ἀλλογον ἐπάνωσας τῆς αἰθείας Φθορᾶν, ὡς τῇ λόγῳ ὑπηκοος κλενος διάκονος, καὶ θωσῃς διανύεσσας τῆς εἰκεμένης, θεομακέρισε. Ad utrosque sic ferme dirigitur: πάντος ὁ θεός ἀπόζολος θεοῖς ἐπάνεστιν ὑμᾶς ἐνδείξων λαμπρότατος τοῖς πιστοῖς παρεῖσης τὴν ὕμιν γενναιότητα, πρὸς τέτες λέγων, ἀποδεχθῆνας ὑμᾶς Θεός τῇ λόγῳ μαθητὰς πάντοφοι καὶ συγγενεῖς αὐτῷ, Ιενία πάνσοφε, μάκαρε Ανδρόνικε, Θεῷ θεράποντες. Vocantur ἄδηγοι σωτήριοι καὶ πρεσβευτοὶ πάντων τῶν πιστῶν αὐτὲς τημέντων. Similis furfuris sunt, quae in *Meneais* leguntur elogia, quae hic exscribere nolumus. Satis igitur, uti credimus, apparebit, quam incerta et dubia sint, quae in medium afferri solent de *Andronico* et *Iunia*. Licet uero haec ita sint, nonnulla tamen possunt indubie de iis affirmari, ipso Paullo apostolo haec afferente, quod fuerint cognati eius, concipiui, insignes inter apostolos, et denique ante eum in Christo. Mihi commendari uidentur 1) a cognitione 2),

a com-

ματίσσεφον, ικκλησίας δὲ θείας πατταχῆ σικεδομίσσωντες καὶ πίνυματα ἀκά-

$\alpha$ ) CALOVIVS in Bibl. illusfr. ad h. l. et in Bibl. Germ. III. Theil p. 187. BARONIVS in Annalibus Tom. I. edit. Col. a. 38 p. 56.

$\beta$ ) Vid. MENAEA GRAECA, et Martyrologium Metricum, ex *Meneais*, Cod. Chierfianiano acsiisque sancti collectum. ab Vrb. God. Siebero, Lips. 1727. p. 176.:

In S. Apostolos *Andronicum* et *Iuniam*

"Εἴη διδάξας, Ἀπίστολε, μυέλαι,

Πρὸς Χειρὸν ἔλασε, ὃς καλῶς πρὸς φῶς ἤθη.

Addit Menologium Basili Imp. Porphyrogenitae, Anthologium auctio-

ritate Clem. VII. uulgatum et omnia menaea.

a communi calamitate 3) ab amicitia inter apostolos  
contracta 4) a tempore conuersionis. De singulis pace  
tua, VIR PLVRIMVM REVERENDE, strictum  
atque cursim, liceat mihi cum Gellio loqui, agemus, et pau-  
cis nos expediemus. *Cυγγενεῖς* fuerunt Paulli *Andronicus* et  
*Iunia*, quod uocabulum ad uerbum exprimeres *congene-  
res*  $\gamma$ ). Vox graeca plerumque tunc adhibetur, quando ho-  
mines eiusdem gentis indicari debent. Paullus in hac ipsa  
epistola Cap. VIII, 3. Iudeos uocat *οὐγγενεῖς κατὰ σάρξα*,  
et, ut intelligamus hos a se innui, addit *εἰπόντες εἰσιν Ιουαντι-*  
 $\delta$ ). Unde et interpretes non sine fundamento, uti pu-  
tamus, etiam hic de *Andronico* et *Iunia* Iudeis cogitant  $\epsilon$ ).  
Quem ad modum autem  $\ddot{\imath}$ , qui de iisdem e tribu Beniamini-  
nis, unde Paulus ortus erat, oriundis coniiciunt  $\zeta$ ), nul-  
lum locum producere possunt, ubi *οὐγγενεῖς* in N. F. tribu  
eodem natos significet, quod uox *οὐγγενεῖς* melius expri-  
mit, ita calculum nostrum iisdem iure denegamus. Idem  
iudicium esto de coniunctione sanguinis, uel de affinitate,  
quae h. l. a nonnullis quaeri solet  $\eta$ ). Concedimus quidem,  
Paullum habuisse cognatos  $\vartheta$ ) a parte forte parentum Tar-  
sensium ciuium, interim tamen nil de his duobus et qui-  
nam

$\gamma$ ) Quam varie hanc uocem adhibuerint LXX. uiri ostendit ABR.  
TROMMIVS in Concord. Graec. uerf. LXX. interpp. Tom. II.  
p. 467. seq. et loca Nou. Foed. ubi haec uox occurrit, collegit  
ERAS. SCHMIDIVS in *taueth Ling. Graec.* p. 577.

$\delta$ ) Adi HEYMANNVM in Poec. Tom. II. p. 519. ubi *λεξιον*  
*οὐγγενεῖς* interpretatur *gentis Iudaicae hominem*.

$\epsilon$ ) SALMERON, MARLOR. ESTIVS, GROTIUS, GVNSH. II cc.  
BIBLIA TVBING. CORNELIUS A LAPIDE ad h. l. p. 195.  
Edit. Antw.

$\zeta$ ) ESTIVS, qui Iudeos et contribules iungit, TIRINVS in  
Comment. Ver. et Nou. Test. Tom. II. p. 110 $\varphi$ . edit. Antw.

$\eta$ ) NATAL. BALD. GROTI. II. cc. MENOCH. in Comment. Tom.  
II. p. 311. edit. Colon.

$\vartheta$ ) etiam in Epif. ad Phil. III, 3. per *οὐγγενεῖς* non intelligas uxorem  
Paulli, quem sententiam tamen non plane esse ridiculam ostendit  
Vir. Pl. Reu. M. CHRIST. GOTTFR. HVHN in Sched. Lips.



nam alias cognati sanguine fuerint, unquam certi afferes. Longius progreditur Paullus <sup>i)</sup>, eosque συναγχυαλάτες appellat. Improprie id accipiunt alii, plerique proprie. Negat CHRYSTOMVS Paullum captiuum fuisse, vult autem eum multo grauiora fuisse paßum, quum non solum patria exulasset, sed etiam cum fame et morte ei conflictandum fuerat, comparatione instituta inter eiusmodi miseros homines, et eos, qui vinculis detinentur. Concludit denique *Andronicum* et *Iuniam* ob pares toleratas calamitates concapitios nominari. Consentient THEOPHYLACTVS et ex nostratis GVNTHERVIS, qui paritatem, sic loquitur, persecutionis, et paritatem constantiae iungit, hocque longe uerisimilius putat ea sententia, quae proprie illud assumit. Quum autem non sit recedendum a propria uerborum significatione nulla urgente necessitate, omnino hisce <sup>z)</sup> posterioribus merito assentimur. Licet enim tempus, et locum captiuitatis indagare nequeamus, inde tamen uel ipsam captiuitatem Paulli, et nostrorum negare non audemus, praefertim quum nimis coacta nobis uideatur impropria huiusmodi explicatio, quae de perpeſis calamitatibus loquitur. Commandantur porro fideles nostri, quod fuerint ἐπίσημοι ἐν τοῖς ἀπεσόλαις, quod uariam elogium explicationem paſsum est. Plerique ita explicant, quasi ipsi apostoli fuerint, et diceretur ἐπίσημοι τὸν ἀπεσόλων μ.). Quae loquendi ratio omnino fundamentum habet, quod eos

- <sup>i)</sup> Ab uno elogio minori ad maius procedit, quae figura climax est rhetoribus. Attendit ad hoc CHRYSTOM. THEOPHYL. PAREVS II. cc.
- <sup>z)</sup> Ita PAREVS, MENOCHIVS, TIRINVVS, NATALIS, BALDVINVS, BIBLIA TUBINGENSIA.
- <sup>a)</sup> De his momentis plerique sunt dubii, nonnulli autem de Philippis Macedoniae Metropoli cogitant, in primis PAREVS, cuius captiuitatis mentio fit, Acto. XVI, 24.
- <sup>b)</sup> Versio E. LVTHERI, BIBL. TUBING. et LVNEB. GVNTHER, BRENTIVS Opp. VII. p. 76: ed. Tubing. TIRINVVS, CORN. A LAFIDE, et, qui et quoad uerba cum eo sentit, ME NOCH, BEZA in Nou. Test. edit. Steph. 1565. repeate not. ψ.

\* \* \*

eos latere nequit, qui uel graeca primis, ut aiunt, labris degustarunt. Nihil uero usitatus etiam in N. F., quam quod praepositio ἐπί τοῖς ἀπόστολοις, insignes inter Apostolos, qui etiam caeteris Apostolis bene sint cogniti non mihi solum. Pietas eorum satis se commendabat, et in omnium oculos incurrebat ξ). Ἐπίσημος enim est is, qui re quadam conspicuus est prae aliis ο). Hac uero explicatione admissa, quae cur admitti nequeat, non uidemus, nihil illi lucrantur, qui *Andronicum* et *Iuniam* viros collegas dixerunt π), ob hoc in primis elogium moti. Optime enim omnia inter se cohaerent, etiū *Iuniam* feminam cogites. Non enim vocatur apostolus, quod plerumque putatur, sed de amicitia cum apostolis contracta, et consuetudine cum iisdem sermo est. Forte etiam ratio posset dari,

B 2 cur

¶) AVGVSTINVS ep. LVIII. p. 304. edit. Reinh. GLASSIUS in Phil. Sac. Lib. III. Tr. VI. in Append. Can. XVIII. n. 8. et AELIA-NVS in Var. Hist. Lib. VI. Cap. 1. ἐδί in βαζζάροις καλὰ.

ξ) Ita ESTIVS, GROTIUS ex Syro, cui astipulatur CALOVIVS, CLERICVS ad Hammond VATABLVS.

¶) Vid. Mat. XXVII. 26. et SVICER. in Thes. Eccles. Tom. I. 1174. n. 2. ZEGERV *ἰτόνους*, inquit, *insignes*, quos notabiles aulgo dicimus. ERASMVS per nobiles exponit, addita hac ratione, *ne quis eum de genere loqui existimet*.

¶) Hanc plerorumque sententiam esse iam uidimus, et nos in differt. not. θ) p. 3. citata communi sententiae accessimus, quem tunc plenior discussio nihil ad rem faceret. Nunc probe expedentes, parem pro utraque sententia militare uerisimilitudinem, in medio id relinquimus, utrum *Iunia* fuerit mas an femina. In ea tamen ratione perficimus, quam tunc addimus, cur *ἰτόνους* dicti sunt *Andronicus* et *Iunia*, scilicet, quoniam priores Paullo fuerant in fide amplectenda. Quod enim Vir Nobil. OEDERV filius in diff. hoc ipso anno Gottingae nostrae dissertationi opposita §. XVIII. p. 33. afferit, rationem inde esse arcessendam, quod eorum merita in tradenda, propaganda, defendenda denique religione *ἰτόνους*, hoc est illustris essent multis adhuc probationibus eget, nunquam certe ob monumtorum clarorum defectum afferendis. Nostra uero sententia et ratio in ipso texu latet.

cur femina uocata sit apostolus  $\varphi$ ). Addit denique Paulus  $\epsilon\iota\kappa\eta\pi\rho\delta\epsilon\mu\delta\gamma\eta\omega\alpha\tau\sigma\tau\iota\pi\epsilon\eta\omega$ . Hac phrasij indicari, quod priores in Christum crediderint Paullo, nemo est, qui dubitet, et nos alibi hanc notionem pluribus eruiimus  $\sigma$ ). Singularem huius propositionis emphasi notat BEZA  $\tau$ ). An in Iudea interim conuersi fuerint, unde postea propter persecutionem ortam Romanam fugerint, nil curamus  $v$ ). Modestiam Paulli, qui haec addat, inde deducunt CHRYSOSTOMVS et THEOPHYLACTVS  $\varphi$ ).

Absentem tanquam praefentem TE, VIR PLVRLM VVM REVERENDE, nobis sistimus, et cum animi quadam iucunditate recordamur illius temporis, quo Lipsiae, quo nobiscum fuisti uersatus. E fuggetu sacro dicendo priuatim rite TE praeparasti, et publice gregem TIBI concreditam fideliter instituisti. Inuentuti, cui praeuisti, eas instillasti doctrinas, quas officii TVI ratio requirere uidebatur. Recitationes TVAE abs TE praelectae eiusmodi nobis sunt uisae, ut non poterant, non placere. Callenberga dirigente ita Numine TE sibi constituit apostolum, et nunc TIBI parantur nuptiae. Gaudemus de prospera TVA fortuna, et TIBI, AMICE NIE D NERE, TVA EQUE SPONSAE LECTIS SIMAE more romano laeti acclamamus: Feliciter. Haec est summa uotorum nostrorum. Egregias reportetis uistorias, optamus, et ab arbitrio rerum humanarum summo id VOBIS expetimus. Omnes uitae molestias Deus Optimus a VOBIS longissime arceat, ad immissas autem calamitates superandas adsit semper beneuole. Sic fieri, ut una TECVM, AMICE OPTIME saepius gaudemus, et amicitia TVA, cui nos commendamus, diutius frui liceat.

$\epsilon$ ) CHRYSOST. ita hac de re loquitur: Βάθει πόση τῆς γυναικὸς τάσις ἐν φιλοσοφίᾳ, οὐ καὶ τῆς τῶν φιλοσόλων ἀξιωθῆναι προσηγορίας.

$\sigma$ ) In Differt, cit.

$\tau$ ) loc. cit.

$v$ ) Haec est sententia HVNNII in Thes. Apost. p. 129.  $\varphi$ ) Ll. cc.

00 A 6450

12



DE



ANDRONICVM. ET. IVNIAM  
IN. EPIST. AD. ROMANOS. CAP. XVI. COMM. 7  
COMMEMORATOS

AD  
VIRVM. PLVRIMVM. REVERENDVM. CLARISSIMVM  
ATQVE. AMPLISSIMVM

D O M I N V M  
**S A M V E L E M . G O T T L I E B  
N I E D N E R V M ,**

A. M. ET. PASTOREM. IN. CALLENBERG. MERITISSIMVM  
D O M V M . D V C E N T E M

PRID. NON. SEPT. C I O C I O XXXXII.

VIRGINEM. LECTISSIMAM  
**C H R I S T I A N A M . A V G V S T A M**

FILIAM. NATV. MAIOREM  
**B. M. IO. C A S P A R I S. F E I S T I I**

INSPECTORIS. PASTORIS. ET. CONCIONATORIS  
AVLICI. LICHENSTEINENSIS

I N. A M I C I T I A E. T E S S E R A M  
GRATVLABVnda. TRANSMITTIT

QVAE. SVB. PRAESIDIO  
VIRI. MAGNIFICI. SVMME. VENERABILIS. ATQVE.  
EXCELLENTISSIMI

D O M I N I  
**C H R I S T I A N I. F R I D E R I C I. B O E R N E R I**  
S. S. THEOL. D. ET. EIVSD. PROF. PVBL. PRIM. REL  
LIPSIAE. FLORET

SOCIETAS. PHILOBIBLICA

INTERPRETE

M. CHRISTIANO. VILELMO. BOSIO.

L I P S I A E  
EX. OFFICINA. LANGENHEMIANA.